in celo premia de proprijs meritis ꝓuenien-
tia·bibimus bona de humanitate chriſti in
noſtra ignorantia·ſed inebriamur·i·ab oĩ quod
ſumus alienamur per bona diuitatis vn-
diqꝫ in nobis cõfluẽtia·Tercio ex bonis iã
dictis diſpoſitis: ⁊ nobis ꝓpoſitis habemꝰ
voluptuoſam omnium delectabilium frui-
cionem·que ſupereffluẽs voluptas.ex hoc
maxime prouenit ꝙ omnibus bonis dñi
in toto quod ſumus vndiqꝫ et in omni par-
te perfruemur·Si·n·vt ait ſcriptura deus
erit omnia in omnibus·deus cum omnibꝰ
bonis ſuis erit in omni quod nos ſumꝰ hoc
totum agẽte in nobis deo qui·LXXVII

De ſancto Auguſtino.

Homoquidam peregre ꝓficiſcens·Mat.xxv·di-
bem.Dignum valde eſt vt quibus a conſti
tutõne mundi preparatum eſt regnum ipſi
ec ſe in regnum non negligant prepare.quo
modo autem hoc facere debeamus docet
nos dñs in pabola hic expreſſa·Nam vt ait
grego.Ipſe eſt homo qui peregre ꝓfectus
eſt tradens ſingulis nobis bona ſua·vt ꝑ
eadem bona tꝑalia lucremur et mercemur
eterna.vt qð gratis daturꝰ erat leuibus la-
boribus mercamur·Dedit enim vni·v·ta-
lẽta alij duo·tercio vnũ vt veniẽs in tꝑe ſuo
ſciret qua fidelitate vnꝰquiſqꝫ negociatꝰ eẽt
Per hec·v·talẽta v·dõa intelligimꝰ q̃
ſi ad lucrum ponimus vt demus alia·v·ta
lenta in infinitũ meliora lucrabimur ipõ tñ
qui dona ꝓcontulit adiuuante·Sunt autẽ
hec talenta nos ipſi·nr̃ proximus tꝑs mð⁊
deus q̃ ſi ad lucra ponimus vt oẑ in infini-
tum merebimur meliora.Tunc aũt ſingulꝰ
talentis bene vtimur·⁊ per conſequẽs bonũ
lucrum acquirimus·cũ ſingulis vtimur ad
talem vſuꝫ ꝓpter quẽ ipſa nobis a dño ſunt
donata Deus aũt dedit nobis noſmetipſoſ
ad ſãctificandũ·ꝓximũ ad exercitãdũ·tꝑus
ad lucrandũ:mundum ad ſpeculandũ·deũ
ad amandum Primo ergo videamꝰ ad q̃d
⁊ propter quid deus nobis dederit noſipõſ
hoc aũt fec̃ vt ꝑ eum creati per vite ſanctita
tem ad ipſum redeamus ⁊ apud eum eter
naliter maneamus·quod tam figura quam
ſcriptura probare poſſumus euidenter·Et
primo figura ſcilicet per columbam noe quã
ideo de archa emiſit vt ad eum reuerteretur
ſic deus emiſit nos de archa cordis ſui.in q̃
ab eterno ſumus predeſtinati.vt in hac vi-
ta per eius gratiam atqꝫ noſtrum meritum
ſãctificati rediremus ad eum ⁊ cum eo eter-
naliter viueremus·Hoc etiam oſtenditur ꝑ
ſcripturam di·apꝰ ad Ro.quos predeſtina
uit hos ⁊ vocauit·quos autem vocauit hos
⁊ iuſtificauit ſcilicet per dei gratiam ⁊ homis
meritum quos.aũt iuſtificauit hos ⁊ magni
ficauit per gloriam.idem.Non enim voca-
uit nos deus in ĩmundiciam ſed in ſãctifica
tionem·vnde ſic̃ nos preuenit deus in creã-
do ſic etiam preuenit nos in ſãctificãdo·hic
bern̄·A deo ⁊ ad deum conditus eſt aĩmus
rationalis vt ad ipſum ſit conuerſio eius·
Quamdiu ergo hic viuitur q̃ꝫ propiuſ põt
accedat ad eum ſimilitudĩe a quo ſola diſce
ditur diſſimilitudine vt ſit hic ſanctus ſicut
ille ſanctus eſt.⁊ in futuro beatus ſicut ille
beatus eſt·Et quia deꝰ ⁊ omnis familia eiꝰ
pariterqꝫ manſio celeſtis omnia ſancta ſũt
oportet nos qui ad eandem manſionem per
petuo poſſidendam vocati ſumus ſimiliter
eſſe ſanctos·ꝓpter quod hortatur nos deus
numeri·di.Sancti eſtote quoniã ego ſan-
ctus ſum·Dedit ergo deus nobis noſmet-
ipſos ⁊ poſuit nos in hanc vitam vt ſanctifi
cemur vt hic ſanctificati perueniamus ad ꝑ
petuam ſanctitatem. D Sed ne cau-
ſaremur de huiꝰ ſanctificationis difficulta-
te.preuenit nos ſanctificans nos primũ ſuiſ
laboribus ⁊ expenſis in baptiſmo quẽ ꝯſe-
crauit in ſpirituſancto cum ſanctis verbis ⁊
cum ſua paſſione pariter ⁊ eius morte·nam
ꝙ ex ſpirituſancto conſecratus ſit patet per
columbam·que deſcendit in baptiſmo ſuper
chriſtum ꝙ etiã ex ſanctis verbis baptiſmuſ
conſecratur patet per inuocationem ſancte
trinitatis·ꝙ etiam ex paſſione ⁊ merito xp̃i
conſtet patet per apoſtolum dicentẽ Quot
quot enim baptiſati ſumus in morte ipſius
baptiſati ſumus·conſepulti enim ſumus et
ſic ſanctificati ſumus ſine nobis in baptiſ-
mo per deũ nr̃m nil amplius a nobis petẽs
niſi vt eandẽ ſanctificatõẑ in nobis ſeruemus

nec amplius a nobis aliud requiritur. Q
ſi hanc ſanctificationē in nobis fedauimꝰ ꝓ
peccata . neceſſe eſt vt ex proprijs ſumpti/
bus aliud baptiſma conſecremus. non ꝙ ex
ſolo noſtro conſecrare aliquē videamur ſed
ꝙ noſtrum ſuo ſuperadditum nos poſſit ite
rum ſanctificare. Oportet enim ad inſtar ⁊
ſimilitudinem prioris baptiſmatis baptiſ/
ma aliud inſtaurare ſcilicet ex ſpiritu contri
tionis. verbis confeſſionis ⁊ ſupplicationis
⁊ proprijs paſſionibus ⁊ laboribus. que con
iuncta prioribus nos ſanctificant merito Et
hoc eſt quod dicit apoſtolus. Volūtarie no
bis peccantibus iam non relinquitur nobiſ
hoſtia pro peccato Chriſtus enim reſurgēs
a mortuis iam nō moritur. Quod exponēs
Bern. di. Quomodo voluntarie peccanti
iam non relinquitur hoſtia pro peccato. niſi
quia non illi denuo crucifigitur chriſtus nō
cōplantatur iterū ſimilitudini mortis eius
per baptiſmum ſed propria ab eo lacrimaꝝ
vnda exigitur. propriam baiolare crucē. ꝓ
pria membra mortificare nō ꝙ propria cui
ꝗꝫ ſatiſfactio ſufficiat. ſed noſtra addita pri/
ori valeat. quia niſi compatiamur nō conre/
gnabimus E ¶ Secundum talen/
tum quod ad lucrandū contulit nobis de
us. eſt noſter proximus. vt cum in deo īme/
diate nos exercere non poſſumus. exercemꝰ
nos in proximo propter deum Nam quic/
quid de genere virtutum ⁊ beneficiorum il/
lis impendimus bonorum ⁊ malorum. deꝰ
reputat ſibi factū. dicens ſingulis ⁊ oībꝫ no
bis illꝰ mat. Qd̓ vni ex minimis meiſ feci
ſtis mihi feciſtis. hinc eſt ꝙ ſauli perſequen
ti electos ſuos dixit. Saule ſaule quid me
perſequeris: qui ergo deo placere deſiderat
exerceat ſe in bono erga proximum ⁊ ſuffe/
rat mala proximi. ⁊ deo nouerit per omnia
ſatiſfactum. Nam qui diligit proximum bo
na omnia operatur. ⁊ mala omnia deteſtaꝝ.
quia de primo dicit apoſtolus ad Ro. Qui
diligit proximum legem impleuit. Naꝫ nō
adulterabis non occides. ⁊ ſi qd̓ ē aliud man
datum in hoc verbo inſtauratur. De ſcd̓o
idem dicit. Dilectio proximi malum non o
peratur. ⁊ ideo mandatum de dilectione dei
⁊ proximi tam in veteri ꝗꝫ in noua lege ſan/
criſſime eſt mandatum. Nunꝗꝫ enim deus
ſe reputat diligi nec amorem noſtram reci/
pit niſi propter eum proximum diligamus
hinc bern. Solue tributum amoris ⁊ deo
noueris ſatiſfactum. Plenitudo enim legiſ
eſt caritas. legem continens ⁊ prophetas
F ¶ Propter ꝙ ſciendū ꝙ ad diligendum
proximum deus dedit nobis triplicem men
ſuram: vt videlicet diligamus eum ſicut di
lexit nos deus ⁊ ſicut diligimus noſmetip/
ſos. ⁊ ſicut alterutrum ſe diligunt membra
noſtra. Deus autem dilectionem ſuam er/
ga nos probauit triplici argumento cum de
us tantū nos dilexerit vt ꝓ nobis daret res
corpus ⁊ animam. Nam de. i. ⁊. iij. dicitur.
Jere. Reliqui domum meam dimiſi here/
ditatem meam. ecce primū ⁊ ſequitur. De
di dilectam animam meam in manus ini
micorum. ecce tercium. de. ij. aſt dicitur Eſa.
Corpus meum dedi percutientibus ⁊ gēas
meas vellentibus. faciem meam non auerti
ab increpantibus ⁊ conſpuentibus in me.
Sic ⁊ nos debemus res corpus ⁊ animam
pro fratribus ponere. dicente domino ioh.
hoc eſt preceptum meum vt diligatis inui/
cem ſicut dilexi vos Grego. Hoc debemus
exhibere proximis quod indignis nobis cō/
ſpicimus exhiberi. Secunda menſura qua
debemus proximum diligere ſumꝰ noſmet
ipſi dicente mat. Dilige proximum tuum ſi
cut teipſum. hec autem dilectio erit trimem
bris. Sic enim diligimus noſmetipſos. vt
omne bonum nobis cupiamus. nullum ma
lum nobis fieri velimus. vt magnum bonū
nobis plus ꝗꝫ proximo paruum deſidera/
mus. Sic proximo omne bonum velimus
nullum malum velimus ⁊ maius bonum
proximi plus ꝗꝫ in nobis paruum cupiamꝰ
de. i. dicitur mat. vij. Quodcunꝗꝫ vultis vt
faciant vobis homines. hoc facite ill. De. ij.
thob. iiij. Quod tibi non vis fieri alteri ne
facies. de tercio vero dicit bernar. Si non
magis ad maiora dei lucra gaudeo que per
aliū fieri comperio ꝗꝫ ad mea parua. parū
me caritatis ordinē non habere. Q ſi dixe/
rit quis. difficile eſt queꝗꝫ plus gaudere de
alieno magno bono. ꝗꝫ proprio paruo: Ad/
uertes ſaltum ex hoc excellentiā ſponſe que

gloriatur di·ordinauit in me ſponſus cari-
tem Tercia menſura qua debemus ꝓximuz
diligere·ſunt membra noſtra Nam mem-
bra ita ſe mutuo diligunt vt vnum pro reli
quo ſe exponat ſic ⁊ nos ⁊c· ¶ G Terciū
talentum eſt ipſum tempus quod dedit no
bis deus ad lucranduz·quod ita proprie no
ſtrum eſt vt ſi illud perderemus.ꝑderemuſ
⁊ noſmetipſos·vnde Señ·dicit.Omnia q̄
ſunt aliena a nobis ſunt·ſolum tempus no
ſtrum eſt.⁊ ideo dicit augu.Omne temp⁹
tibi impenſum a te requiretur qualiter ſit ex
penſum·Verum quia conſulit ſapiens vt tē
pus obſeruemus cū dicit fili obſerua tp̄us
Sciendum ꝙ eſt triplex tp̄s ſcilicet preteri-
tum preſens ⁊ futurum·que ſunt cum ma-
gna ſolicitudine ſeruanda. Nam preteritū
cum dolore preſens cum labore·futurum cū
timore eſt ſolicite obſeruandum·Primum
tempus ſcilicet p̄teritum obſeruandum eſt
cum dolore reputantes ꝙ ſine fructu tranſi
erit di·illud ezech·Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudine anime mee·et
illud iob·vij·Menſes vacuos enūeraui mi
hi quod exponit greg.di·tempus vacuū trāſ
ire eſt tempus ſine merito expendiſſe.Secū
dum tempus preſens obſeruandum eſt cuz
labore·vt cum preteritum perdidimus ſal-
tem pn̄s tp̄s ad expendendū vtiliter viriliť
attingamus quod ſapiens āmonet Eccle·
Quodcunq̄ poteſt manus tua inſtanter o-
pare quia nec opus nec ratio nec ſapientia
erit apud inferos quo tu properas·Terciuz
tempus futurum eſt obſeruandum cum ti-
more·Neſcimus enim quod nobis in illo
eueniat.quod ſapiens āmonet Ecc̄·fili me
morare nouiſſima tua ⁊ in eternum non pec
cabis Quod exponens bernardus dic· hec
ſunt mors.iudicium.gehenna.⁊ ſubiungit·
quid horribilius morte.quid terribilius iu-
dicio·nam gehenna nihil pōt ītollerabilius
eſſe vel cogitari·De his tribus temporibus
dicitur Ecc̄.Eſt tempus flendi eſt tempus
lapides colligendi ⁊ eſt tempus prouiden-
di·Primum eſt preteritum·cuius perditio
merito eſt deflēda.ſecundum eſt preſens tē-
pus in quo lapides meritorum ſunt colligē
di.tercium eſt futurum quod eſt cum om̄i
ſolicitudine prouidendum· de quo dicitur
deutro.Utinam ſaperent ⁊ intelligerent ac
nouiſſima prouiderent. H ¶ Quartum
talentū eſt iſte mundus quem dedit nobis
deus ad ſpeculandum·In quo tria conſide
rare debemus·que ipſum mundum reddūt
per omnia contemnendum ſcilicet eius de-
fectionem·infectionem.deceptionem.De·i·
di·iob.Mundus tranſit ⁊ concupiſcentia
eius·quod exponit greg·di.Ecce mundus q̄
diligitur fugit· vbiq̄ mors.vbiq̄ deſolatio
vbiq̄ luctus·vndiq̄ percutimur·vndiq̄ a-
maritudibus replemur ⁊ tamen ceca men-
te eius amaritudines amamus·fugientem
ſequimur·labenti inheremus·⁊ quia laben
tem retinere non poſſumus cum ipſo labi-
mur quē cadentem tenemus· De ſecundo
ſcilicet eius infectione patet ad ſenſum quo
modo eius amatores inficiunť vicijs ⁊ pec-
catis inuoluuntur qui videlicet mundus de
ſcribitur·ſap̄.xiiij·cum dicitur Alius alium
per inuidiam occidit.aut adulterans contri
ſtat ⁊ omnia cōmixta ſunt ⁊ ſequitur San
guis homicidium.furtum fictio.corruptio
infidelitas·turbatio ⁊ periurium tumultus
bonorum dei īmemoratio.animarum inqui
natio natiuitatis immutatio· nuptiaruz in
cōſtantia inordinatio mechie ⁊ pudicitie ex
quorum omniū conſideratione merito vile
ſcit nobis mundus·vt ſimus de numero eo
rum de quibus dicit apoſtolus·ꝙ ſunt qui-
dam qui vtuntur hoc mundo tanq̄ non v-
tantur. De tercio ſcilicz eius deceptione pz
ad ſenſum·quia ſuos decipit amatores pro
mittit enim ſufficientiā quā nulli vnq̄ ho-
minū perſoluebat·quis enim vnq̄ de his q̄
mundus dat ſatis habuit Et eſt ratio quia
anima ad imaginem dei creata nullis vnq̄
re h̄ ſaciare poterit niſi deo quia cera imp̄ſ-
ſa ſigillo nulli vnq̄ alio ſigillo applicari po
terit niſi primo· Quintum talentum a do-
mino nobis datum eſt ipſe deus·ſine quo
talento omnia priora talenta lucro vacua re
manerent ipſo di.iob.xv.Sine me nil po-
teſtis Quicquid enim ſine adiutore deo fa
cimus etiam ſi ſit de genere boni·non tamē
in operibus meritorijſ computatur·quia va
lor meritorum non ab operante homine ſed

a cooperante deo eſtimatur. vñ de⁹ ſalutē
noſtram deſiderans ꝗ ſine eo nullatenus
poſſum⁹ opari. di. nob. ij. Re. iij. Fac mecū
amicitias et erit manus mea tecum. quod
etiam ſapiens conſiderans rogat deum. vt
ſecum dignetur operari dicens Sapientie
nono. Da mihi domine ſedium tuarum aſ
ſiſtricem ſapientiam vt mecum ſit ⁊ mecū
laboret. J ¶ Dat autem deus ſe nobis
tripliciter ſcilicet per incarnationem ad vi/
tam noſtram inſtruenda. per corporis ſui ci/
bationem ad inſtructam vitam confortan/
dam. per inſpirationem ſancti ſpiritus ad i
ſtructam ⁊ confortatam vitam ſanctifican/
dam. Jn quibus tribus totum bonum ho
minis vſqꝫ ad perfectam ſanctificationem
perficitur ⁊ completur. Q; ſi hoc glorioſum
talentum ad copioſum lucrum ponere cupi
mus. debemus domino incarnato occurrere
per imitationem. deo in cibo per deſiderij in
flammationē. deo in ſpiritu per congru/
entem preparationē. Primo dico debem⁹
deo incarnato occurrere per imitationem. vt
ſequamur amara eius que pertulit in carne
ipſo domino hoc iubente Luce nono. Qui
vult venire poſt me abneget ſemetipſum et
tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. hinc au
guſtinus. Jlli claritate dei potientur. q̄ hoc
redemptoris ſui veſtigia imitantur. Et qui
dem dominum ieſum legimus doluiſſe. fle
uiſſe obprobria ⁊ cōtumelias pertuliſſe. ſpu
ta flagella. crucem ſuſtinuiſſe ⁊ nunqꝫ legi/
mus riſiſſe ⁊ in preſenti tempore proſperatū
fuiſſe. hinc ſpe gaudent omnes electi cum ce
perint mundi aduerſitatibus fagitari vel ni
lis eius proſperitatibus proſperari. ſcientes
proculdubio. nullam aliam viam ſupereē
per quā poſſint celos penetrare. Secūdo de
bemus deo in cibo nobis dato occurrere per
deſiderij inflammationem. vt ſicut deus in
magno deſiderio huiꝰ cibum dedit di. ioh.
xxij. Deſiderio deſideraui hoc paſca mandu
care vobiſcum. ſic nos in magno deſiderio
ipſum accipiamus. ⁊ tunc hoc talentum ad
bonum lucrum ponimus. Tercio debemus
deo in ſpiritu ſancto nobis dato occurrere ꝑ
diligentē preparationem. omnia a nobis cū
diligentia expellētes que huic dignantiſſie
gratie aduerſantur. ad hoc monemur Amos
iiij. Prepara te in occurſum domini dei tui.
Jtem paralip. vbi dicitur. Preparate cor/
da veſtra domino. ꝙ ſi his modis domino
occurrimus hoc talentum ad lucrum poni/
mus. K ¶ Nunc per currendum eſt bre
uiter q̊d ⁊ quantum fidelis ſeruus lucretur
his talentis. quod in eodem euangelio legi
mus euidenter. ſic enim dicitur. Acceſſit aūt
qui. v. talenta acceperat ⁊ lucratus eſt alia
quinqꝫ. Nam per talentū primū ꝙ noſ ipi
ſumus. hec eſt per corpus noſtrum defectuo
ſum criminoſum vitioſum tenebroſum lu/
cramur aliud corpus vel aliud eſſe lumino
ſum. virtuoſum. glorioſum cum in futura
vita glorificabimur apud deum. cum corp⁹
noſtrum quatuor dotibus veſtigetur. ⁊ aīa
ſimiliter ſuis dotibus clarificatur. Tunc cor
pus glorioſum per corpus ignominioſū tā
qꝫ talentum ex talento ſumus feliciter lucra
ti. quando reformatur corpus humilitatis
noſtre configuratum corpori claritatis ſue.
Secundo per ſecundum talentum quod ē
noſter proximus. lucramur alios proximos
qui ſe nobis in infinitum exhibent iocun/
diores. Nā ꝓ cōmāſionem proximorum q̊s
in hac vita duros aduerſarios ⁊ perſecuto/
res ſuſtinemus. in celo diligimus vt noſ ip
ſos de ipſorum gloria tanqꝫ de propria con
gaudentes que videlicet gaudia de proxi/
mis concepta totiens multiplicantur quo
electi ſunt in celo. de quo bernardus. Reue/
ra videre non poſſum quomodo ineffabile
gaudium circunquaqꝫ non habeat. quē tot
cōmoda felicitatis circundant. Gaudebis
enim de bonis tuis nimium. ſed ſi haberes
aliquē quē ſicut teipſum amares. de bono
etiam illius ſicut de tuo gauderes. Cumu/
letur ergo gaudium noſtrum totiens quot
ſunt angeli ⁊ homines in celo. Tercio ꝑ ter/
cium talentum quod eſt tempus lucramur
non tempus ſed eternitatem interminabilē
quia de pūcto huius temporis mercamꝰ vi
tam que nobis permanet in eternum ⁊ ſic
per punctum huius temporis meremur e/
ternitatem. ¶ Quarto per quartum ta/
lentum quod eſt mundus mercamur celū
omni iocūditate ⁊ ſuauitate eternaliter ſup

plenũ. Quinto per quintũ talẽtũ qđ eſt de
us qui ſe dat nobis in hac vita obumbratũ
velatum ⁊ per ſpeculum in enigmate merca
mur deum nuda veritate reuelatum vt euȝ
contemplemur facie ad faciem ſine medio
in eternum quod et cetera.

LXXVIII

De natiuitate marie virginis.

Parauí lucernã
chriſto meo pſ. cxxxi. Cum tan-
ta reuerentia etiam tam mira-
bili dignitate glorioſa virgo progreſſa ẽ in
hunc mundum. vt nunc per lucernam. nũc
per arcam. nunc vero per ſtellam. nunc ꝑ au
roram. nunc per paradiſum eius natiuitas
cõmendetur. ℒ In verbis propoſitis
ex perſona dei patris prolatis tria conſide-
randa occurrunt. Primo eniȝ conſideremꝰ
huius natiuitatis diligentiſſimam prepa-
rationem. nate virginis glorioſiſſimam cõ-
mendationem. noſtre vtilitatis fructuoſiſſi
mam inſinuationem. Primum ibi. para-
ui. ſecundum ibi lucernam. terciũ ibi chriſto
meo. Parauit autem deus pater hanc lucer
nam triplici apparatu ſcilicet in corde in ore
in opere. In corde ipſam ab eterno predeſti
nãdo. in ore glorioſa dicta de ipa faticinãdo
in opere multipharie multiſq; modis eam
patribus prefigurando. de. i. dicitur. ꝓuer.
viij. ex perſona virginis. Dñs poſſedit me
ab initio viarum ſuarum anteq̃ȝ quicq̃ȝ fa-
ceret a principio Ab eterno ordinata ſum ⁊
ex antiquis anteq̃ȝ terra fieret. nondum erãt
abyſſi et ego iam concepta eraȝ. De ſecũdo
dicitur illud Geñ. iij. Ponam inimicicias
inter te ⁊ mulierem ⁊ inter ſemen tuum et
ſemen illius. quod exponens berñ. di. Si
dubites de virgine eſſe dictũ. audi quod ſe-
quitur. Ipſa conteret caput tuum. ⁊ ſubiũ-
git cui hec ſuata eſt victoria. niſi marie que
nunq̃ȝ ſuggeſtioni alicui cõſenſit. qđ de nul
la alia verificari poterit quoq̃ȝ modo. vnde
ſalomon legens hanc ſcripturam ãmirãdo
dixit. ꝓuer. xxxi. Mulierem fortem quis in-
ueniet. Quod exponens berñ. di. Quã ali-
am putas Salomon requirebat cum dice-
bat. Mulierem fortem quis inueniat. No-
uerat quippe vir ſapiens huius ſexus infir
mitatem. fragile corpus. lubricam mentem
Quia tamen deum legerat promiſiſſe ⁊ ita
q̃ȝ videbãt congruere. vt qui vicerat per fe-
minam vinceretur per ipſam vehementer ã-
mirans ait. Mulierem fortem quis inueni
at. ac ſi dicat Si ita de muliere pendet oim
noſtrum ſalus. fortis neceſſaria eſt. vt preui
deatur que ad tantum opus poſſit eſſe ydo
nea. Sed ne putetur dixiſſe deſperando ſub
iunxit ꝓphetando. Procul ⁊ de vltimis fini
bus precium eius. hoc eſt. non vile non par
uum non mediocre. non de terra. nec de infi
mis celis eſt precium huius mulieris for-
tis. ſed a ſummo celo egreſſio eius. De hoc
apparatu adhuc dicitur hieremie. Crea-
uit dñs nomen ſuper terram femina circun
dabit viruȝ. Quod exponens ber. di. Que
eſt hec femina quis vir. Uirum dixerim ie-
ſum non ſolum cum diceretur iam vir po-
tens opere ⁊ ſermone ſed etiam cum adhuc
reuera infantis dei mater membra blando
fouere t in gremio. vel ptaret in vtero. Uir
ergo erat ieſus. nec dum natus ſed ſapiẽtia
non etate. non vigore corporis. non maturita
te ſenſuum. nou corpulentia membrorũ Ne
q̃ȝ enim minus habuit ſapientiam. vel poti
us non minus fuit ſapiens ieſus conceptus
q̃ȝ natus paruus q̃ȝ magnus. ſiue ergo latẽs
in vtero. ſiue vagiens in preſepio. ſiue iam
grandiuſculus. interrogans doctores in tem-
plo. ſiue iam perfecte etatis docens in popu-
lo. eque profecto plenus fuit ſpirituſancto.
Nec fuit hora in quacunq̃ȝ etate ſua. qua de
illa plenitudine aliquid ei minueretur vel ei
dem aliquid adijceretur. Conſtat ergo quia
ieſus ſꝑ virilem aĩm habuit. ⁊ ſi ſemper in
corpore vir non apparuit. cur deniq̃ȝ dubito
virum fuiſſe in vtero quẽ vbiq̃ȝ deum fuiſſe
non ambigo. ℒ Tercio ꝑparauit deꝰ
hanc lucernam ope multipharie multiſq̃ȝ
modis patribus eam prefigurando. Ipſa
nanq̃ȝ moyſi in rubo. Aaron in virga gede-
oni in vellere. ezechieli in porta clauſa eſt ꝑ
oñſa. hinc berñ. Quid rubus ille quondaȝ
moſaycus pretendebat flammas quidem e
mittens. ſed non ardens niſi maria parien-
tem ſed dolorem non ſentientẽ. Quid rogo